Ciues ſunt ſocij vnius ciuitatis.
Quod plurimoꝝ eſt cōmune: minime curam ſortitur: quia de proprijs maxime curant homines: de cōmunibus autem minus vel minime.
Multi ſerui quādoqꝫ deterius ſeruiūt paucis
Opus ē ciuitatis: vt vna ſit ſm amicitiam.
Amicorum cōmunia ſunt omnia.
Putare aliquid proprium eſſe incurabile: eſt ad delectationem.
Vnuſqſqꝫ maxime τ naturaliter amat ſeipſū.
Amicis auxiliari vł delectari dlectabiliſſimū ē.
Bonum opus eſt ab aliena muliere abſtinere: propter temperantiam.
Pecunia ſeditionē efficit τ malignitatem.
Populares homines diſcordant propter inequalitatem poſſeſſionis: generoſi aūt propter inequalitatem honoris.
Qui delectari velit ſine triſticia: ad philoſophiam recurrat.
Omnis ciuitas artificibus indiget.
Leges inhoneſtas licet maxime ſint in vſu aboleri licet.
A mulieribus male regitur ciuitas.
Melius eſt mulieris dotem modicam vł mediocrem eſſe: q̄ magnam.
Melius eſt iudicare ſm leges τ litteras q̄ ex propria ſcientia vł ſententia.
Magnoꝝ dominorum conſtituta: ſi viles fuerint multum ledunt ciuitatem.
Impoſſibile eſt indigentem bene principari τ ſtudio vacare.
Vnum opus optime fit ab vno.

Tertij politicorum.

Ciuitas eſt quedam multitudo ciuiū.
Ciuitas non eſt vna propter eoſdez muros: ſed propter eandem policiā
Policia eſt ordo quidā inhabitantium ciuitatem in principiando τ in ſubijciendo.
Non idem eſt bonus vir: τ bonus ciuis.
Non contingit cum bene principari: qui nō ſub principe fuit.
Prudentia proprie ē virtus principis.
Optima ciuitas non fert banauſum.i. vilem artificem eſſe ciuem: vł principem.
Quicūqꝫ ſunt vni neceſſitati miniſtrantes dicuntur ſerui: qui autem pluribus: cōmuniter dicuntur mercēnarij τ banauſi.
Quicūqꝫ politice intēdūt vtilitatē cōmunē: recte ſūt iuſti: qcūqꝫ aūt intēdūt vtilitatē ꝓpriā vitioſi ſūt: τ rectaꝝ policiaꝝ trāſgreſſores.
Oportet bonā ciuitatē de virtute eſſe ſollicitā.
Virtuoſuz meli⁹ eſt ꝑncipari q̄ multos alios
Sine iuſticia impoſſibile ē habitari ciuitatem
Meli⁹ ē ciuitatē regi viro optimo q̄ lege optia
Ingenuitas eſt virtus generis.
Turba multa melius iudicat: q̄ vnus tm̄.
Pars nō eſt apta nata excellere ſuum totum.

Quarti politicorum.

Non ſolū oportet policiā a principio inſtituere: ſꝫ etiā ipſā oportet corrigere
Ciuitas nō cōſtat ex vna parte: ſed ex multis: quaꝝ vna pars ſūt agricole: ſecūda artifices manuales: tertia hi q negociantur circa forū: quarta mercēnarij: quinta propugnatores τ armigeri quos in ciuitate neceſſariū ē exiſtere: ſi nō debeāt inimicis ꝟuire.
Qui alteri ſeruit non ē per ſe ſufficiens.
Sine principibus īpoſſibile ē eſſe ciuitatem.
Litteris vacare: non exiſtentibus prouentib⁹ eſt impoſſibile.
Ingenuitas ſiue nobilitas ē virtus τ diuitie antique.
In oī ciuitate ſunt tres ſpecies hominū.ſ. diuites paupes τ mēdicantes: inter quas optimi ſunt mediocres: qꝛ mediū ſp eſt optimū.
Media bonoꝝ poſſeſſio exterioꝝ eſt optima quia facillimū eſt rationi obedire.
Qđ nimis eſt pulcrū: nimis forte nimis ingenuū: nimis diues: aut cōtrariū his.ſ. nimis fedū: nimis debile: nimis ignobile: nimis egenū: τ pl⁹ q̄ nequā: difficilē rē ſequitur: quia quidam eoꝝ fiunt iniurioſe: quidam vero aſtuti τ experti τ valde nequā.
Qui nimis potentes ſunt τ diuites: nec ſubijciuntur nec volunt ſubijci.
Qui nimis viles ſūt τ egeni: neſciūt ꝑncipari
Mediocres ciues magis ſaluanť in ciuitate: qꝛ ipſi nō deſiderāt aliena ſicut pauperes. nec alij pauperes exiſtentes horū ſubſtantiā deſiderant. et ideo nec inſidiaſ patiunť: nec fraudē faciunt. qua propter ſine periculo viuūt.
Maximum eufortunium eſt ciues mediocres ſubſtantiā habere tā q̄ ſufficientem eis. qꝛ ꝑ tales bene regitur ciuitas.
Quāto magis aliqđ accedit ad mediū: tāto melius. quanto magis diſtat a medio: tanto peius eſt.